

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Conrad Dannhauer Salomon Blanck

Disputationem Theologicam, De Gemitu Creaturarum, Ex Epistola Paulina ad Romanos, Cap. VIII.v. 19.20.21.22.23. Solennis exercitii ergo, In Academia Argentinensi, Praeside, Joh. Conrado Dannhawero S.S. Theol. D. Professore Ordinario Et Ecclesiaste, defendendam suscipiet Mens. [] die Salomon Blanck Gedanensis

Argentorati: Andreas, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn788773690>

Druck Freier  Zugang



39.

Fa-1092 (39.)

21.22.

2. 35.

34.

36.

37.

38.

39.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

7. 30.

8. 9.

28.

29.

12.

23.

24.

15.

16.

17.

8.?

9.



D. O. M. A.
DISPUTATIONEM THEOLOGICAM
DE
GEMITV CREATV-
RARVM.

Ex

Epistola Paulina ad Romanos,
Cap. VIII v. 19, 20, 21, 22, 23,
Solemnis exercitū
ergo,

IN ACADEMIA ARGENTINENSIS
PRÆSIDE

JOH. CONRADÖ DANNHAVFRO
S. S. THEOL. D. PROFESSORE ORDI-
NARIO ET ECCLESIÄSTE,
defendendam suscipiet

Mens. die

SALOMON BLANCK
GEDANENSIS



ARGENTORATI,
Typis JOHANNIS ANDREÆ,
M DC XLVI.

35.
34. 36.
37.
32.
33.
3.
39.

INCLITO,

AMPLISSIMORVM

PROCONSVLVM, CON-
SVLVM QVE

ORDINI,

ILLUSTRIS

REIPVBLICÆ GEDANENSIS

PROCERIBVS,

DOMINIS MEIS GRATIOSIS,
Observantiam.

Eminentissime Præses,
Magnifici & Amplissimi Consules,

ET præclarè Vos de me esse meritos, & benevolentiam Vestram me deme-
ri Velle, publicâ hâc quasi syngrapha testari tanum volui. Neutrum enim
à me commode potuit exprimi, cum & majora Vestra in me constent merita,
quām ut possint recenseri, & minorâ mea studia sint, quam ut debeant exponi.
Majora tamen aliquando & hæc futura non diffido, ita, ut si non omnia mea de-
bita, aliqua tamen à me possint solvi. Pignus interea observantæ & studiorum
theorum, dissertationem hancce brevem, supplici animo offero. Videtis illam omni-
gemitu refertam, expositiæ, & paucis pannis involuti, lacrymisque madidi for-
tis instar Vestram, ad miferationem usq; implorare opem. Suscipi quām anxie petit,
& amplissimo sinu Vestro oport foveri. Hocquidem ipsa abundè precatur, me ta-
cere jubet & miferiam suam in conspectu Vestro publico non vult explicare, ne
pauperculas forte mulieres videar imitari, qua ut ipsa favorem aut stipem ex-
iguam ab aliis impetrant, infinitum suorum lacrymas ostendunt. Etiam sine ul-
teriori prece favebitis mihi, Magnifici Domini, meque favore, beneficisque Ves-
tris gaudere in posterum patiemini. Eaenim iustitiae & benignitatis Vestrae laus
est, ut gemebudos à facie Vestra, non lætabudos tantum, dimittatis, sed & in per-
petuo gudio, Deo ita annuente, templa, curiam, scholas, adeoque universi-
tatem patriam & cives omnes conservet. DE VS, qui nobilissimam Patriam, Ci-
vitatem Gedanensem, tanquam Borussie ocellum, ab omni hac tenus fleu gemitu-
que tutatus est, eandem, itidemque Vos, ut pupillam tanti oculi, ino ut suam,
ab omnibus lacrymis clementissimum porrò defendat. Id quod ex intimo pecto-
re precor,

Argentinæ,

Anno 1646.

Cal. Junii

Magnif. Amplitud. & Nobil.
Vestra.

Cultor perpetuus & cliens,

Salomon Blanck, Gedanensis,

PARI VIRORVM,

Pietate in DEVVM, Meritis in publicum, exempli sanctitatem, variae scientie luminibus, preclarissimorum,

INCLYTTO.

DN. NATHANAELI DILGERO, Ecclesiaz Mariae apud Gedanenses Pastori.

DN. JOHANNI MOCHINGERO, Ecclesiaz Catharinae ibidem Pastori, Gymnasiique Rhetori.

DEO PATER, FILIO ET SPIRITU SANCTO
gratiam, salutem, pacem.

Si gemunt omnia, coeli, elementa, creaturæ, belli intestini
in quo *καὶ τὸν ὄντας οὐκέτις, οὐδὲν καὶ οὐδὲν αὔτην*, perturbæ, fessæ malis, nixiis doloribus, quibus libertatem filiorum DEI parturiunt, occupatae: carmina quibus placent (juxta illud Mosaiicum Genes. XLIII, 10. KECHU MISSIMRATH HAAREZ, mutant in flebiles lessus, amissæ pacis questus, recuperandæ suspiria vana. Si gemit columba mystica, Ecclesia Germanica, fraterni, quo ebria est, sanguinis gurges, sanguineis non rarò è cœlo fletibus, nec quicquam deplorata, postquam lachrymis omnibus effusis quasi exaruit, singultus edit; si libertas, cui nihil aliud relictum nisi gemere, ad syllaturientes molitiones pallida, suspiria dicit: Si, inquam, gemunt omnia, quî siccis & pumiceis oculis nostra fata intueri possimus, obstupuisse contenti, dolorem ne gemitu quidem testati? quî pignus illud Vestrum nobile, quod mihi credidistis, cum fœnore restituendum, Vir Juvenis præstantissime spei, SALomon BLANCKIVS, Dantiscahus, tot busta civitatum, castro-

: (2

tum,

35.

34.

36.

37.

38.

39.

rum agrorum per quæ ad nostros lares, ad hanc urbem, tanquam quoddam gemitorum deductus est, securo bibat oculo, ac sine suspicio transiit, quin gemitus suos hæc charta, sub prælio pridem gemiscente, profitetur. Semestre minus est, quam triennium, cum ad nos appulit, adque meum salinum, hospitalitiâ, conteseratione initâ, consedit, Vir juvenis modò nominatus, magui Patris, ac in præfatione exegeseos Augustanæ Confessio-
nis à Doctore Mentzero nostro ^{et ceteris} laudati, Filius gene-
rosus, pietate flagrans, ingenio vegetus, studii contentione haud
deses, vita rectitudine & morum elegantiâ aliis, qui hic meren-
tur, exemplum: hospes, uno verbo, gratissimus. Celsiora elo-
gia, quæ meretur, non addo, prohibitus illâ, ingenii juvenis, quæ
laudum acroama ægrè admittit, verecundia, Quem nunc abi-
turi entem cum gemitu dimitto, Vobisque Viris omnibus vir-
tutum Ornamentis consummatissimis reddo, quibus hac præfa-
tione se commendari voluit, potius ex more, quam necessitate,
quod prolixè ficerem, nisi aurent vellicaret Poetarum acutissi-
mus Martialis

— Peccat, ajentis,

Qui commendandum se putat esse suis.

Quam sententiam in conspectu habuisse, opinor, Symmachum
qui lib. I. Ep. 57. *In civili scripto*, *judicatur* is, qui iis, quibus amo-
re & aliis necessitudinibus est conjunctus, se quam diligentissi-
mè commendat. Vester est, vestrum delicium, vestra spes. non
exhibit è vestrâ potestate, non delicias defraudabit, non spem im-
minuet: nec me ulla dies fidei sinistrum videbit. Tuus, Ami-
cissime DILGERE, cuius adultam jam familiaritatem hac Episto-
la alio: Tuus, Clarissime Domine MOCHINGERE, cuius amicitiam
hoc gemitu quasi nixio parturio, Utriusque paris sine pari & si-
fas est optare singulorum alter, utriusque (quoniam numero Deus
impare gaudet) TERTIUS

Ego

JOH. CONRADUS DANNAWER

S.S. THEOL.D. ET PROFESSOR

ARGENTORATI

GEMI-



GEMITVS CREATV- R A R V M.

In περιπονησίᾳ Paulinā,
ex epist. ad Rom. VIII. v. 19, 20, 21, 22, 23,

Oraculo,

inter D. Pauli δυνόντα
referendo,

TEXTVS.

vers. 19. Η γάρ ἀποκαρδοκία τῆς κτίσεως τὸν ἀποκά-
λυψιν τῶν ἡών τῷ θεῷ ἀπεκδέχεται.

vers. 20. Τῇ γάρ ματιότητι ἡ κτίσις ἐστείγεται, ἥκει-
σαι, ἀλλὰ διὰ τὸν ἴσωσιςαντα.

vers. 21. Επ' ἑλπίδι, ὅπερ ἂντι ἡ κτίσις ἐλευθερωθή-
σεται ἀπὸ τῆς διάλειας τῆς φθορᾶς εἰς τὸν ἐλευθεριῶν
τῆς δόξης τῶν τεκνῶν τῷ θεῷ.

vers. 22. Οἴδαμεν γάρ ὅτι τῶν αὖτις ἡ κτίσις συστάζεται
συναδίνει ἀχειρὶ τῷ νῦν.

vers. 23. Οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ ἄντοι τὸν ἀπαρχὴν τῷ
τονεύματος ἔχοντες, καὶ ἡμεῖς ἀντι τὸν ἐαυτοῖς σταύρο-
μεν, ποδεσίαν ἀπεκδέχόμενοι τὸν ἀπολύτεων τῷ
σίνατοι θύσιν.

Variasse non nihil Græcos codices in le-
ctione versus 22. pro certo habet Perer.
disp. 16. ad Rom. 8.p. 696. Sed, quia inti-
mata variatio sententiam ipsam non invol-
vit, licebit hic nobis esse otiosis.

Amat Spir. Sanctus, ut cætera Rhetorum ornamenta, ita & Fi-
guram περιπονησίας. Quam in præsente oraculo & invenit & co-
loribus pinxit Joh. Chrysoft. cuius hæc est ad h. l. commentatio :
Ἄστι ἐμφανικότερον γενεσθαι τὸν λόγον, καὶ ως σωποὶ ποιεῖ τὸν κόσμον ἀπαντά τοτε τον
“Απειροποίηται τοισιόν, ποταμοὺς κρεπτοῦντας χερούς εἰσὶ γενετές, καὶ βρύσε-

A

ακάροι

35.

34.

36.

37.

38.

39.

λαθομένες , καὶ τὸ ὄρη σκιετάντα , οὐχ ἵνα παύπεμψυχα ἔιναι νομίσωμεν , εἰδὲ ἡ νε
λογοθεόν πυὰ δῷμεν ἀντοῖς , ἀλλ᾽ ἵνα τὴν ὑπερβολὴν μάθωμεν τὸν ἀγαθὸν , οὐκ εἰ
τὸν αἰνισθένταν ἀντὸν καθικενένταν . Τέτο δὲ ἀντὸν καὶ ἐπὶ τὸν λυταρῶν , τοῖς
πολιάκις εἰσέργεται καὶ ἀμφελον θελυθόσιν , καὶ σίνον , καὶ ὄρη , καὶ τὸ φαίνωμα της
ἐλούσου τὰ τεῖχα , ἵνα καὶ τὸν τοῦ περβολῆν τὸν κακῶν σύνοπτωμεν .
& τοιχ , τέτοιος δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος τοιχόμενος , αὐτοποτοῖες τοὺς κτίσται-
ς , καὶ φυτοὶ σενάζειν ἀντοῦ , καὶ ἀδίπτεν εἰκόνα επειδὴ σενάγει τὸν Θεόν γραπ-
τὸν ἐργαζόντα φερεμένος , ἀλλ᾽ ἵνα τὸν μελλόντων ἀγαθὸν συδεῖξηται τὸν ὁ περβολῶν , καὶ
τὸν ἐπιδυμίαν τὸν ἀπαλλαχῆς τὸν κακοτέχονταν κακῶν . *Vt autem planiorem fa-
ciat sermonem , humanos adfectus universo huic mundo adsingit : id quod
& prophetæ faciunt , cum fluvios inducunt manibus plaudentes , colles
saltantes , montesque exilientes , non ut animatos putemus , aut aliquid
illirationis tribuamus , sed ut bonorum illorum excellentiam discamus ,
tanquam qua & usque ad insensata illa pertingant . Faciunt autem i-
stud se penumero & in rebus tristibus , introducentes & vineam lamen-
tantem , & vinum , montes quoque & templi laquearia ululantia , ut &
hoc pacto malorum excellentiam cogitemus . Hoc itaque & Apostolus
imitatus creaturæ hinc personam tribuit humanam , dicitque illam &
suspirare & parturire : non , quod susprium aliquod vel ex terra , vel ex
caleprolatum audierit , sed ut futurorum bonorum excellentiam , ostendat ,
desideriumque simul , quod habet , ut malis præsenib[us] liberetur .
A janua igitur statim aberrat Andreas Rivet . exerc . 57 . in Genes . c .
8 . p . 28 s . Cum figuram hinc non agnoscit . Vrum quidem est , inquit ,
locum habere aliquando hujusmodi figuram , sed vix ubi tot actiones
humanae congeruntur , ut hoc loco , intenta exspectatio , spes , gemitus . At
si sensu scripturæ consentaneum est hoc figurandi genus simplex ,
ut Deuter . 30 . 19 . c . 32 . 1 . Esai . 1 . 2 . Quidni & continuatum ? vide
Thren . 2 . 18 . 19 . Deditus huic figuræ aliquam meditatiuncu-
lam , quantam genius Academicæ disputationis capere potest ,
Quam sex capitibus comprehensam in examen proponimus :
Primo exhibetur *Creatura Patiens* , altero , *patientis passio* ; tertio ,
patientis dolor ; Quarto , *dolentis spes* ; Quinto , *speli terminus* ;
Sexto , *terminandi modus ac tempus* .*

I.Creatura

I.

Creatura Patiens.

Non est, 1. *Creatura Angelica*, (quæ Origenis glossa est ad h.l. & hom. 1. in Ezech. & qui hunc fecuti sunt) ac *anima beata in cœlo*, nam hæc omni vanitate superior, non servit corruptioni, nec ad immortalitatem aspirat, quam habet, nec ad non esse, quod non reformidat; ejus beatæ sorti gemitus ac dolor repugnat. Nec concludit *Theodoreti*, (quam P. *Martyr*. sequitur ad h.l.p.m. 503.) ratiocinatio, si gaudient Angeli propter sanctificationem peccatorum, et iam tristantur & dolent propter hominum delicta. Etenim gaudium felicitati angelicæ homogeneum est, tristitia aliena; non 2. *creatura Diabolica* & *anima damnata* quæ potius fremit, adque liberationem filiorum DEI & judicii extremi memoriam tremit Matth. 8, 29. 2. Petri 2 4 quam gemit: non 3. *Creatura humana impiæ*, quæ non invita sed volens vanitati subest, ac horret judicium novissimum: non 4. *creatura humana pia regenerata*, electa, hæc enim congemicenti creaturæ opponitur. Eset alioquin locutio; non solum fideles congemicunt sed & nos Apostoli, qui primiias spiritus accepimus, gemimus. Apostolus non argumentatur à simili homogeneo sed à comparatis. Estote o fideles (ad quos cum nunc, tūm in secuturis seculis hæc mea scriptura perveniet) universi bono animo, martyria sustinetis & extrema quæque, finem expectatis ac liberationem: at non soli vos præstolamini, non soli vos sustinetis, habetis congemicentem universam creaturam inclusive si (ita παραγγέλει Chrysost. ad h.l.p. 163.) enim creatura spem habet, tui gratia modis omnibus facta: multo magis tibi sperandum fuerit, propter quem futurum est, ut creatura bonis illis omnibus fruatur. Alterum, quem hic declinamus, sensum de hominibus piis & justis in statu gratiae constitutis, post Greg. M. I. 4. in Job. c. 41. l. 4. moral. c. 3. o. l. 8. 4. amplectitur Andr. Rivet. exerc. 57. in 8. Genes. p. 286. Desertus ac (antequam scriberet) refutatus à P. Martyre ad h.l.p. 502. Theod. Beza ad h.l. p. 96. Pareo in h.l.p. 183. & novissime à Jac. Laurent. in S. Apost. Paulo δυονότητι loc. 14. p. 210. & Frid. Spanhemio part. 3. dub. Evang. dub. 132. p. 734. Sic autem iste pede pedi conferens inter alia p. 736. si illi ipsi, qui hic vocantur κατίσιν D E I filii, cui bono

35

34

36.

33.

37.

3

39.

4.

primò hoc nomen genericum quater adhibet Apostolus , & obfcurat orationem sine causa ? cur non κανόνιον vocat , ut alibi ? cur non inquit ἡμέρα vel ἡμέρα τῶν πιστεύοντων ἀποκαλεσθεῖσα , vel οἱ πιστεύοντες ἀποκαλεσθεῖσαι τῷ ἀποκάλυψι , &c. ? Cui bono Apostolus addit ἦν illud versl. 21. ἐν ἑπτάδι , ὅπη ἡγή ἀντὶ ἡ πίστης ἐλευθερίας , sub spe quod & ipsa liberabitur , si filii DEI hīc intelligantur , cum illi soli sint liberandi , ex sententia patronorum sententia opposita ? qua ratio locutionis illius ? vel quinam sunt illi cum quibus vel ad quorum exemplum illi sunt liberandi ? Item post multa dura alia , durum est , inquit , dicere , per habentes primitias spiritus intelligere tantum Ap stolos , & illos , qui pollebant donis spir. S. extraordinariis , & excellent oribus Annon enim omnes fideles habent ἀναρχίαν τὴν πνευματικόν , & predicatum istud commune est quibusvis DEI filii ? Imo Romanis fideli bus tribuit Apostolus primitias spiritus , & quē ac sibi . Sic supra diserte dicit : Romanos non esse in carne sed in spiritu spiritum DEI habitare in illis , illos accepisse spiritum adoptionis . p. 73^o. Accedit , secunda Ratio ista , Apostolum per ἀντίτοιν velle exaggerare magnitudinem glorie revelanda in Dei filio . Qua vero illa ἀντίτοιν foret , qua exaggeratio , si subjecisset , illam à DEI filii avide & exerto capite expectari ? Hoc vero εἰπανοί erat , & in confessio apud omnes . Multò posterior ratio exaggerationis , si Apostolus dicat , tantam esse gloria futura excellentiam , tantam contrā omnium rerum corruptionem , tam funestam velut stragem in hoc seculo . ut ipsa creatura in anima videantur exerto velut capite suspirare & anhelare ad latam rerum omnium catastrophēn , & id futura essent . si aliquis illi sensus inesset . & p. 9^o 9^o . Addi potest ratio tertia alia , & invicta quidem , ex collatione & distinctione gemitus creaturae , & gemitus filiorū Dei , inter qua duo discrimen evidenter constituitur ab Apostolo versibus 22. & 23. scimus enim omnes res creatas unā suspirare & unā parturire ad hoc usque tempus . Neque vero solum (scilicet κατὰ τὸν suspirat & parturit) sed & i. si qui primitias spiritus habemus , nos ipsi , inquam , apud nos ipso suspiramus . Quis hic sensus , qua gradatio , si per κανόνα intelligantur DEI filii ? Offensum enim supra , per habentes primitias spiritus , haud quaquam intel ligi posse vel debere illos , qui majora accepere καταβούστων . Ne ergo oratio diluta & ταυτόλογον affingatur spir. S. necessariō in κανόνα distinguendae à DEI filii . Notat hoc diserte Chrysostomus , περὶ inquit , ἡγή ἀντίτοιν στονόν , ἀλλὰ ἡγή ὁ στονός καταδέσσεσθαι , ἡγή δὲ μετέχει λογοτέχνης , τῇ τέτο σοι κοινωνίεσσι τῷ ἀγαθῷ . Diluta sunt que pro

pro suâ opinione infert Rivet. l. cit. Ea creatura intelligitur, quæ est capax *πνευματικού*, intenta voto in gloriam filiorum D E I regendam, particeps futura illius libertatis Filiorum D E I, h.e. adoptionis & redemptionis, quæ non volens, sed propter eum qui subjecit vanitati, est subjecta. At hæc omnia nisi valde coacte, ad aliam creaturam, quam rationalem, miseriis obnoxiam, sed quæ liberationem sperat, eamque adeptura est, referri non possunt. Diluta sunt, *inquam*, nam capacitatem *πνευματικού* propriè dictam intelligendam esse postulatum est, non argumentum: votiva intentio libertatis alteri comparationis pari, nimirum fidelibus tribuitur: expectat creatura irrationalis redemptionem, non ut finem obtainendum, sed consummandum, *εἰς τὸ ἔπειρα ἄλλον τόπον*. Relinquit ergo Creaturam patientem esse. *Omnem creaturam irrationalēm*, sive (ut loquitur Thom. Aquin.) *Universitatem creaturæ corporalis & ratione carentis*, *Ἐκ νοῦς οὐτος* Rom. 1. 20. Contentiunt Chrysost. Theophyl. Ambros. Hilarius.

I.

Creaturæ Passio.

Proficio Creaturæ est subiectio invita, indoli primigeniæ, ac scopo creature adversa (obsequiosa tamen D E O Judici *ὑποτίκαιον* qui eam permisit subjecit, nullà cùm creature injuriā, Nam si propter me inquit Chrysostom. ad h. l. *ficta sunt, nihil admittitur injustitia, si propter me patientur*: ibid. addit, rationem æqui & iniqui, ad res inanimas, & ratione carentes, non esse transferendam. Postremo, si affliguntur nostrā causā, quum apparebit nostra felicitas, una etiam instaurabuntur, & in Genes. hom. 22. si quis inquit, fortè incurrat in iram Regis, non modo ipse supplicio afficitur, sed etiam omnis ejus familia opprimitur. Homo propter peccatum factus est obnoxius maledictioni & ira D E I. Quare non est mirum, si universa creatura, quæ hominius familia est, ingemiscat una eum eo, & doleat. Ad vanitatem non corruptibilitatis, cui ut cœlestia corpora nullatenus, ita sublunaria omnia ex naturæ lege sunt obnoxia, quam subitura fuissent etiam homine integro manente. Et si enim naturæ particularis *δύσης* horreat, non esse; pertinet tamen illud ad bonum naturæ universæ. Sed ad vanitatem I. culpe humanae cui creatura in D E I gloriam & hominis salutem nata ministrat, ideoque vana, quia finem suæ creationis non attingit. Nulla

A 3

siqui-

35.

34.

36.

33.

37.

3

39.

4.

siquidem creatura est, ne cœlesti quidem excepta, quâ non ad Idololatriam, ad gulam, ad avaritiam, adq; alios peccandi commeatus abutantur homines vani h.e. ut exponit Apollinaris apud *Gellium* l. 18, N. A. c. 4. mendaces, infidi, levia iraniaq; pro gravibus & veris astutissime componentes. II. Pœna humana. Domino enim punito luunt & servi. Ita serpens instrumentum seductionis, terra quæ sustinuit Adamum labentem, vitulus aureus qui cultui improbo servit, pecus quod nefando concubitu cum homine miscetur: palatia, urbes, tecta cum incolis suis punita. Non potuit, (verba sunt Heinsii ad h.l.p. 345 (melius exprimere nō) HOVAH quod est malum seu calamitas, quæ ex accidenti evenit; ut in homine ad imaginem D E I creato, in uariatione expecatto: hoc enim Hellenistis, pasim, uariationes: à quâ creatura, etiam quæ bona erant, in peccati pœnam, ejusque causâ, vitiata sunt: Ut quadam animalia, ut alia, quæ per se bona, etiam usum sui in quibusdam nunc prebent; homini in multis tamen, & in pœnam, adversantur. De quibus adversus Manetem Epiphanius. Hec sunt illa iēdō Mānīlō xanizōneva qua præclarè vindicant Patres. Juvat se ntentiam Tertulliani ē l. de Corona milit. c. 6. & 8, adscribere; Quaris, an conditioni ejus fruenda natura nobis debeat praire, ne illa rapiamur, qua DEL amulus universam conditionem, certis usibus homini mancipatam, cum ipso homine corrupti. Vnde eam & Apostolus invitam ait vanitati succidisse, vanis plurimum usibus, tum turpibus & injustis, & impio subversam. Sic itaque & circa voluptates spectaculorum infamata conditio est, ab eis qui naturâ quidem Dei omnia sentiunt, ex quibus spectacula instruuntur, scientia autem deficiunt. Illud quoque intellige, omnia à Diabolo esse mutata. Et, c. 8. Huic questioni sic ubique respondeo, admittens quidem utensilium communionem, sed provocans eam ad rationalium & irrationalium distinctionem, quia passivitas fallit obumbrans corruptelam conditionis, quia subjecta est vanitati. Dicimus enim ea demum & nostris & superiorum usibus, & Dei rebus, & ipsi Christo competit, quæ meras utilitates, & certa subsidia, & honesta solatia necessariis necessitatibus vita humana procurent: ut ab ipso D E O inspirata credantur propiore, prospectore, & instructore, & oblectatore si forte hominis sui. Quæ vero hunc ordinem excederint, ea non convenire usibus nostris, presertim quæ propterea scilicet nec apud seculum, nec in Dei rebus, nec in Conversatio- nibus Christi recognosci est.

III. Pas-

III.

Passionis Dolor.

Odium, vel ἀδειαντερη στεναγμα quasi significata. Passim in Scripturis parturitio exquisitissimos dolores notat apud LXX. Ps. 48.7. Esa. 13.8 c. 66.7. Ier. 30.6 Matth. 24.8. Talis tantusque paroxysmus creaturæ esset, si sensus ac rationis capax esset. Subit illa in hac mundi catastrophæ suum quasi martyrium, gemit cum sanguineis pluviis, insolitis portentis, injuriam creatoris ac suam sortem deplorat. Et quia (verba sunt nostri D. Gerhard de Consum. seculi p. 429.) dies novissimus est tempus παλιγγενεσίας. Matth. 19.28. Quo terra magno & mirando partu corpora resuscitatorum in lucem edet ac filii resurrectionis in vitam prodibunt Luc. 20.36. ideo creaturam adventum Diei novissimi cupidè expectantem parturienti & pra dolore ingemiscenti fæmina confert.

IV.

Dolentis spes.

Aποκαρδονία ex κάρη vel κάρη caput, & δοκένα expesto. Perer. ad h. l. p. 695. vocat sesquipedale verbum. Non legitur in versione τῶν LXX. sed Aquila pro verbis Psal. 36.7. ὑπόπτης τῷ Κυρίῳ καὶ ικέτευσθεντὸν, vertit σύγχον τῷ Κυρίῳ καὶ ἀποκαρδονέει αὐτὸν, apud Plutarchum in Cæsare, Πομπήιος ἄφθονος φέρει χειροποίητο σκήνην, καὶ κατεξένεντον εἰπαρχοντες τομέων. Pompeius tacitus ibat ad tentorium abiens, & sedens anxie exspectabat eventum, quamvis ibi est καρδονέει, non autem ἀποκαρδονέει. Chrysostom. interpretatur τὴν σφόδρα προσδοξίαν vehementem expectationem. Tremellius vertit, universa creatura expectat & oculos intendit in revelationem filiorum DEI. ib. Syrè, quasi in specula expectat: Vocabulum Græcum significat gestus illius, qui cupidissime aliquid expectat, nimis qui exerit caput & oculos extendit, quasi eminus venturum prospiciens. Ita & Beza h. l. Quidam, ait Henr. Stephani tom. 2. thesauri p. 70. apud Suidam ὁ δὲ καθῆσθαι σὺν παραμβολῇ, ἀποκαρδονών ἔσται καὶ τύχης καρδονέος τὸ πρόγυμνα.

IV.

Spei Terminus.

Aποκάλυψε τὰν ἡ ἀντὴ θεῦ: ἐλευθερία τῆς δύσης τῶν τέκνων τῷ θεῷ, Revelatio & libertas gloria seu gloriosa Filiorum DEI, de qua Joh. 3.2. εἰς ἐλευ-

35.

34.

36.

33.

31.

39.

οὐκέτε εἰσιν omnino hīc exponendum per *πότε εἰσιν*. Confer
Acto. 8. 23. c. 19. 22. c. 23. 11. Quæ plenissima futura est in fine
mundi , de quo hunc locum exponit Hieron. ad Esa. 30. In die,
inquit, *interfectionis* multorum, *cum arrogantes superbisque corrueint,*
& qui posuerunt in cælum os suum, didicerint esse se terram : erit lumen
luna, sicut lumen solis, quando dederit Dominus cælum novum, & ter-
ram novam, & transferit habitus mundi hujus, ut Luna & Sol laboris &
cursus sui præmia consequantur. Etenim expectatio creatura revela-
tionem filiorum DEI præstolatur ; Quia & ipsa creatura liberabitur
à servitute corruptionis, à libertatem gloriae filiorum DEI : licet ea qui-
dam org. in lucis intelligentes, insensibilia esse contendant.

V I.

Terminandi Modus, ac tempus.

Εἰσιν δέ τις καί ποτε. Nam ipsa eti. in creatura liberabitur à ser-
vitute corruptionis. Quomodo vero illud? Per ipsum sui
non esse: per annihilationem. Quam astriuimus. . è scopo de-
siderii creaturæ. Homo e. g. maleficus , ad supplicium damna-
tus , tametsi naturaliter vellet vivere , ordinato tamen appetitu
non debet velle vivere , in justitiæ laudem & sui confusionem.
Pecus humano coitu pollutum , si ratione præditum esset , ul-
tro se in ignem daret: Ita omnis creatura ob peccati servitutem
& communionem, utut naturali *φύσει* appetat porro esse ; tamen
in justitiæ Divinæ gloriam præoptare deberet non esse. Velut
Jacob mortem amplius non est deprecatus , cum vidisset Josephi
gloriam: Ita creatura, conspectâ gloriâ Filiorum DEI. Quas com-
parationes obducimus illi *Chrysostomi* ad h. l. à nutrice , quæ alu-
mni sui ad Regiam sublimitatem evecti gloriâ ex parte fruitur:
Καὶ τέτοιο γάρ, inquit, πειθώς παιδίον αὐτέφυσα βασιλικὸν ἐπίτης ἀρχῆς σανε
γενομένης παιδεύειν, τῇ ἀνθή συναπολαύει τῶν ἀγαθῶν, ὅπως καὶ οὐ ποτε, φοίτης.
Tertull. I. de anim. c. 42. De Epicuro memorat, quod mortem ad nos
nihil pertinere , hoc evincere voluerit argumento : *Quod dissolvitur,*
sensu caret, quod autem sensu caret, nihil ad nos. Seneca in Consolat.
ad Martiam ; per mortem homini liberationem ab omnibus ma-
lis contingere dicit , atque interim in morte totaliter interire
hominem opinatur : *Mors inquit, omnium & solutio est & finis, ul-*
tra quam malam nostra non exent. Ibid. Non potest esse miser qui
nullus est Quod ille sensu Epicuræo de homine ad immortalitatem

con-

condito falso affirmavit. Illud ad creaturas corporeas propter
hujus vitae usum conditas, sano sensu applicare possumus. Inter-
ritus creature, servitii illius, cui in hac vita subjecta est & solu-
tio est & finis, ultra quem servitium illud non exit. Hac D. Ger-
hard. l. citat p. 432. 2. è finis genio quo (cæteris paribus, et si enim
membra microcosmi non valitura sunt omnia ad eum usum,
quem habuerunt in hac vita, tamen ad ejus, quem Divina sapien-
tia perennare voluit, integratem pertinebunt, ut frustra hic sit
instantia Spanhemii l. cit. p. 730) sublato, res ipsa etiam toll tur.
At finis creature à DEO condita est Symbolicus & organicus.
Nunc in ævo beato DEUS erit omnia in omnibus 1 Cor. 15. 28. Hier-
oglyphica theologia & organica fæcundatio nulli amplius rei ac
usui. Finis creature post hominis lapsum conservata, est Ecclesiæ
bonum, cui adhuc mundus servatur. At cum in beatâ libertate
electi sub se solem calcabunt, mundo non egebunt: cui bono il-
le superfit? Quid opus Sole, ubi tot Soles, quot electi? Apoc. 21,
2. 2 & 23. Terra, (inquit noster D. Gerh. de consumm. seculi p.
343.) idè condita est, ut esset domicilium hominis viatoris; tota rerum
universitas idè creata est, ut esset speculum quoddam cognoscitorum. Et ho-
mines in via hujus vita inserviret. Ergo, quando Homo DEVM à facie
ad faciem videbit, ac in patriam appulerit, adeoque viator esse deserit,
nullus amplius erit hujus seculi usus. Lutherus noster dicere fuit solitus:
Die ferige Welt ist nur eine Vorbereitung vnd gerüste Gottes zu
jener Welt/wann das Hauf fertig/so reisset man das gerüste ein.
Idem statuit p. 44. mundum, quamvis non conflagratione peri-
turum tamen fuisse, si maximè nec primi parentes, nec posteri
eorum peccassent, sed in concretâ integritate persistissent.
3. è paritate creature bestialis, quam Christianorum nemo facile
superfuturam censembit. At nulla ratio diversitatis reddi potest, cur
liberanda illa sit per annihilationem, non item hæc? V. m., inquit
D. Gerhard. p. 432. hujus instantia Franciscus Puccius in defens. adv.
Socinum, ferre non potuit, inde p. 38. disputat, etiam bruta animantia
esse ad incorruptionem resuscitanda.

§. VII. 4. Ex Harmonia parallelorum, qui de novissimo mundi exitio
concepti sunt locorum, ut sunt: Job. XIV. 12. Homo (sc. ex se & suis
viribus) non resurget è omni suo metaphorico, donec non fuerint cœ-
li. Loquitur de regressu ad terrenam hujus vitae felicitatem, quam
animans non est in vicio mortalium. B mortuo

35.

34.

36.

33.

37.

3

39.

4
mortuus ; ait impossibilem , possibilem vero fatetur in phrasⁱ,
donec non fuerint celi , id est , in mundi consummatione . Finge
ista phrasⁱ ~~etiam~~ absolutam , & hoc dici ; siut nunquam coeli
desinent , ita nunquam resurget homo , uti exponunt in h.l. Jun.
Piscator. Sanctius. Spanheim. dub. 132. ja Job. dubitarit de sua re-
surrectione , contra c. 19. 25. videtur potius corrigere , quod nega-
rat . Joh. Cocceij in h.l. haec est sententia p. 207. Phrasⁱ ipsa nihil
ex se definit , an Cælum hoc non sit futurum ? An homo sit resurrectu-
rus nec ne ? tantum id definit , Hominem non revicturum , dum hoc Cæ-
lum est ; & si resurget , (quod Iob firmiter creditit ; ut ex multis locis
constat) hoc cælum aliquando non futurum . Psal. 102, 26, 27. Tu per-
manes , Cæli peribunt & anni tui non deficiunt &c. Evidens hic est 1. op-
positio inter esse æternum & temporarium , inter esse independens
& dependens ; oppositio inquam non ~~est~~ ^{cum} nolit sed ~~est~~ ^{cum} est , inter
mutable & immutabile , unde & Christi Deitas deducitur , Hebr.
1. 12 Nec sermo est de potentiali solùm interitu , ut exponit Spanh.
1. cit. p. 713. Etenim sicut Deus ad æternitatem suam & indepen-
dientiam probandum mundum noluit coæternū , sed actu in tem-
pore creavit , ita ad eandem ostendendam actu perdet . Adde quod
in propheticis dictis verba sint accipienda de actu , non potentia .
Fac verba Gen. 49. non auferetur sceptrum &c. esse potentialiter
intelligenda , nihil certi de Melissâ habemus . 2. Declaratio modi , ni-
mirum ad eum modum , quo vestis veterascens mutatur , non sanè
in melius , non per resarcitionem , quæ de D E O indignè dicitur ,
sed ut vestis diffuitur , disrumpitur , tandem planè abjicitur .
confer Genes. 41. 14. Deuter. 8. 4.

Esa. 34-4. liquefacit universus exercitus celi , compli cabuntur cæli si-
cut liber , exercitus eorum decidet , ut folium de vite & sic u. Loquitur
propheta 1. non de solis Idumæis , sed omnibus hostibus Eccle-
siæ & Christi , qui ad imitationem Assyriorum Ecclesiam perse-
quuntur . vide D. Schnepf. ad h.l. & quia in hoc mundo non sem-
per de omnibus vindicta capitur , ideo ascendit ad extremum ju-
dicium , in quo instrumenta idolatriæ & vanitatis universa peri-
bunt . Nec est causa , eur hoc accipiatur de solo turbatissimo statu
propheticæ phrasⁱ explicato : ac ut largiamur sic accipi cū Sanct.
ad h. l. tamen supponatur sensus proprius . quia enim aliquando
Sol & Coeli peribunt , ideo hinc figura translata est . 2. significat
destructionem usus mundi . Sicut liber convolutus non amplius

pro-

prostat ad lectionem, ita liber naturæ non amplius prostat ad lectionem, ubi beati sine signo intuitivè DEUM videbunt. 3. Notat mutationem, qualis est in folio, h.e. substantialem & *απαντησον*.

Esa. 61, 6. *Caeli ut fumus deficient, terra ut vestimentum vetera scit.* in Hebræo, inquit Hieron. ad h. l. 14. in Esa. dicitur; *Cæli sicut fumus liquecent, sive juxta Aquilam & Symmachum, comminuentur, in nihil, & in salis modum conterentur, & vane scit.* Innuitur h̄ic non tantum formæ mutatio, sed *απαντησον*. Nam ubi Spiritus S. non limitat, ibi latissimè explicare licet, confer Psal. 36, 20. Psal. 67, 3. Sap. 5, 15. Proverbialis sensus & hypothetici nulla est necessitas q. d. ante cœlum ruet &c. ut expoinit Sanctius, si omnino, alterutrum ruiturum esset, prius cœlum, quam mea salus. Nam comparatio addita hanc glossam non admittit.

Esa. 65, 17. *Ecce ego creo Cælos novos & terram novam, & non memorabuntur priores, nec ascendent supra cor.* Significatur h̄ic 1. cælorum priorum *ιερωνείαν 2. ἀπεργίαν 3. παρέλευσιν* prioris terra & cœli primi, ad usque non esse maris. Ita enim Apocalypsis hunc locum exponit c. 21, 1. Id quod, de cœlo novo dicitur, non accipiendum de cœlo aliquo recenter creando, creatione propriæ diætâ, quia cœlum Beatorum jam dum existit, 1. Cor. 12, 2. vid. D. Gerhard. de vit. Ætern. p. 786. Existit autem non ut spatiū imaginarium, sed ut *περι* reale distinctum à primo & secundo: quod despatio imaginario non dixeris, nam hoc ubique est conceptu nostro, nec distinctum à secundo & tertio cœlo. Non autem ut *περι* corporeum, ut quod statu Incolarum non est proportionatum; sed fortassis *περι* spirituale, quod corporibus omnibus conflagrantibus immobile stabit, quamquam h̄ic *επικαιρός* malimus. De S. loquitur Apostolus propheticè de novo statu & latâ rerum facie. Nam si status Ecclesiæ militantis in N. T. hâc phraseologiâ describitur Esa. 65, 17. & 22. quid ni & status Beatorum? Quemadmodum status beatus comparatur Hierosolymis genitatis Apoc. 22, 1. ita status gloriosus cœlo novo.

In Novo Testamento celebria sunt oracula sequentia Matth. 7, 18. Amen dico &c. confer c. 24, 35 Matth. 28, 20. *Vobis cum sum usque ad consummationem seculi.* Etsi enim aliud sit seculum, aliud mundus, aliud periodus mundi, aliud ipse mundus Eph. 2, 2. cap. 6, 12. c., 21. tamen evidens est metonymia adjuncti, Hebr. 1, 2. c. 11, 3. Vocabatur *οὐτέλεια τῆς καινῆς*, quæ fatente Spanhemino, p. 725.

notat SCHULEMA, complementum seculi, & πλειωσιν id est, perfectionem luminae seculorum, ultra quae non erunt alia. confer Hebr. 9, 26, 1. Petr. 4, 7.

Apoc. 10, 1. ab ejus qui insidebat throno conspectu fugit calum & terra. & locus non est inventus eis, quæ descriptio utique est à p. 10, quo excidet mundus à conspectu non solum nostro sed & Divino. Quia Locus non amplius fuit eis, Locus non pro dignitate & statu acceptus, uti Apoc. 1, 8. sed pro re ipsa, uti Dan. 2, 3, 5.

2. Petri 3. v. 7 & 8. Qui nunc sunt coeli &c: Oraculi hujus scopus est, τοῦ ἐλεγχού. Empactæ v. 3. & 4. (de quibus videndus D. Gerhard. ad h. l. p. 343, 378) in eam insaniam venerunt, ut statuerent mundum semper, adventum judicariū nullum fore, sed tantum esse ινεργόν, quicquid de mundi interitu prædicaretur. Sic argumentantes: Quod per tot secula duravit sine mutacione, id semper erit. Mundus per tot secula duravit &c. Ergo. 2. quod tardat Deus, id non veniet. Adventum suum tardat Deus, E. ad 1. Respondet S. Petrus, negando 1. majorem, quia duratio longa non facit æternitatem. Is enim, qui potenti suo verbo ex nihilo mundum creavit, potest eodem verbo illum destruere, v. 5. qui terram ex aquâ separavit, & aridum friabile aquis competit & consistere fecit, potest eandem dissolvere. 2. negando minorē, nam mundus diluvio periit, v. 6. tūm quoad decus & ornatum externum, tūm quoad homines & animalia extra arcā posita, in quam sententiam hīc Græci Theologi sententiam adducit Heinsius ad h. l. p. 582. τὸν πέρι πάντα τον κόσμον ἀκρεπεῖ, ἀλλὰ τοὺς πόνους ταῖς ζωαῖς, ἢ τὸν ἀπαντελέκουσον εἰδοποίη ἔργον γάνζον τόπος καὶ κόσμος ἀναντιθέτει. Quod interijisse mundum ait, non de toto mundo, sed de solis animabilibus intelligendum, qua totius quasi mundi peciem quandam efficiunt: substitutus quippe animabilibus locis vix dici mundus potest. De phrasi τοῦ videndus D. Gerh. p. 352. 3^o conclusiōnē opposit contrariam revelationē de οὐκεντρῷ. Universi, ait enim servari mundum tanquam in thesauro & armamentario ira divina, uque ad diem iudicij v. 7. confer Deut. 32. 24. 25. Jerem. 50. 25. Tunc enim coeli (non aerei tantum, ut vult Augustinus. de C. D. c. 8. quanquam dubitanter, ait enim, posse intelligi: quod postea Lombardus assertivè l. 4. dist. 47. Bened. Justiniani,

tanq. omni fermè Theologor. suffragio firmatam sententiam tueretur ad 2. Petr. 3, pag. 501. cui ex Sexto Senensi contraria testis monia obducit D. Gerh. ad l. cit. p. 124 sed) KÜLLAM, omnes Psal. 102. illi ipsi qui ab Elementis distinguuntur v. 10. & 12 magnofrage (de quo videndus D. Gerh. p. 46.) & terra & Elementa igne solventur & ut cera liquecent Quali autem igne? DEUS nō vit. Enormis est audacia Bened. Iustinian. ad h. l. scribentis p. m. 497. Quamvis neget Augustinus ejus pro creationis modum ab ullo mortalium cognosci posse, illud tamen affirmari potest, divina vi, ac potestate procreandum dixi autem alibi, quamvis ratione facile producere queat, vel dejectu ignis Elementaris, vel ex incendio radiorum soli in hac media aëris pl. ga excitato, cœuntibus validissimus, ac densissimis radius, ut in chalybeo, & concavo speculo fieri solet, vel alta quapiam ratione DEO nota. ut olim quinq. urbes incendio cœlitus missa conflagrarent. Cujus nondum nati insaniam ridendo prædamnavit Ludovicus Vives ad l. 20. de Civ. Dei. c. 16. No interfuerit digladiationibus Scholasticis, ubi nullus est vel bachelarius vel Magisterius, qui ignoret ignem fore Elementarem illum, cuius domicilium est inter aërem & Luna globum, descensurum eum scilicet & incendio suo reliqua tria purgaturum Elementa. Quod si hoc parum probas, non deerunt, qui persancte dejetant, futurum ignem ex incendio radiorum Solis in media pl. ga aëris excitato cœuntibus & densissimis & ardentissimis radius velut in speculum cœcum & chalybeum: sed non est mirum, tuo tempore non tantus erat ignis usus, quantus nunc, cum ut Theologos omittam, Philosophi sive Decembri medio, sive medio Iulio nihil aliud ore, manibus, pedibusque tractant & versant quam ignem. Ex Philosophis sunt Theologi & hanc Philosophi handi rationem etiam in Scholas sanctiores transferunt, proprieatis longe facilius est de igne definire, quam tibi & tui & equalibus vel majoribus. Conjectura est ac Divinatio magis, quam certis argumentis demonstrata sententia de hoc igne D. Calixti in tract. de Conflagr. mundi p. 144. II. Παροιμία ad pietatem, quia enim mundus non Ethicè tantum sed & Physicè peribit; quia Deus instrumenta spiritualis fornicationis destruet, confer Osee. 3. 4. quia totum lupanar igne peribit. Ideo despiciens terrenis & caducis ad æterna contendite. Haec tenus Exegetis Textus:

nunc quæ hinc fluunt monita & effulgent documenta, sectemur.

B 3 Afful-

35.

34.

36.

37.

38.

Affulget hic I.

